



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

fuit, id à jure alienum videtur. Quid si primus ex chirographo agat, secundus codicem mercatoris proferat, an secundus primo potior erit? Ita DD. videtur. Verùm moribus quidem id convenit, qui libris mercatorum fidem publicam tribuunt. Haecenus de hypothecariis.

4. Sequuntur chirographarii, in quibus non temporis, sed privilegii ratio habetur. *L. quæsitum est 17. & seq: ff. de reb: auct. jud: poss:* sunt autem in personalibus actionibus privilegiati, fiscus. *L. 8. & ult: ff. eod:* Pupilli & minores in bonis administratorum suorum. *L. dabimusq; 19. §. seq. ff. de reb: auct: jud: poss:* Respublica. *L. 2. C. de jur: reipublic:* qui credit ad comparandam vel conservandam rem aliquam, si non expressè pactus sit, ut ea res sibi pignori esset. *L. 5. & 6. ff. qui pot. in pign: hab. sponsa, si dotem prorogaverit sponso, L. si sponsa. 74. ff. de jure dotis.* Qui pecuniam apud mensularium deposuit, si ea non extet nec vindicari possit. *L. 7. ff. de poss: Eccl: esias quoq; Orphanotrophia, Nosocomia, & reliqua venerabilia loca, in personalib⁹ habere censent DD. Peregrin: de jure*

ff. libr. 6. titul. 2. num. 5. Ad hæc privile-
giatis multi annumerant artifices, famu-
los, & generaliter eos, qui operarum sua-
rum mercedem prosequuntur, *Wesemb: in
par. ff. de privileg: cred:* Quod si plures pri-
vilegiati concurrant, non est facilè dictu
quid sit observandum. Fisco primus vi-
detur dandus locus, per *L. quodvis. 34. de
rebus auct: jud: poss: postremus deponenti.
cit. L. 34. §. in bonis. ff. eod:* De reliquorum
ordine nihil nominatim legitur. Videtur
ergò contentio dirimenda per vulgatam
regulam. Privilegiatus adversus privile-
giatum suo privilegio non utitur. *L. Privi-
legia. 32. ff. eod.*

5. Si nulli sint privilegiati veniunt non
privilegiati absque ulla temporis præro-
gativa. *cit. L. Privilegia.* Dividunt ergò pe-
cuniam ex vèditione bonorum debitoris
redactam æqualiter, proportionè Geo-
metricâ non Arithmeticâ. *Wesemb: par:
ff. de rebus auct: jud: poss: numer: 7.* eo exce-
pto, qui privilegiato solvit: succedit e-
nim in eius locum. *L. 2. ff. de cession: bonor.*
Quid ergò si Chirographarius solvat hy-
pothecario, an & hypothecam consequi-
tur?

Q 6

tur ?